Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

et lamentabantur eũ. Conuersus aũt ad illas ihs dixit: Filie ierusalem nolite flere super me sed super uos ipsas flere et super filios uros quia ecce uenient dies in quibus dicent. Beate steriles et uentres qui non genuerunt et ubera que non lactauerũt. Tunc incipient dicere montibus cadite super nos et collibus operite nos. Quia si in uiridi hec faciũt in arido quid fiet. Ducebantur aũt et alii duo nequam cũ eo ut interficerentur. Et postquam uenerũt loc qui uocatur caluarie ibi crucifixerunt eum et latrones unũ a dextris alterũ a sinistris. Ihs aũt dicebat: Pr dimitte illis non enim sciũt quid faciunt. Diuidentes u estimenta eius miserunt sortes. Et stabat pplus expectans et deridebant illũ pncipes cũ eis dicentes: Alios saluos fecit semptipm saluũ faciat si hic est xpc dei electus. Illudebant aũt ei et milites accedentes et aceti offerentes illi et dicentes: Si tu es rex iudeorum saluũ te fac. Erat autem et super eum inscriptio super illum litteris grecis latinis et hebraicis: Hic est rex iudeorum. Unus autem de his qui pendebant latronibus blasphemabat eũ dicens: Si tu es xpc saluũ fac temetipm et nos. Respondens autem alter increpabat eũ dicens: Neq; tu times dm qd in eadem dapnacone es. Et nos quidem iuste nam digna factis recipimus hic aũt mihil mali gessit. Et dicebat ad ihm: Dne memento mei cum ueneris in regnũ tuũ. Et dixit illi ihs: Amen dico tibi hodie mecũ eris in paradiso. Erat autem fere hora sexta et tenebre facte sunt in uniuersa terra usq; in horam nonam. Et obscuratus est sol et uelum templi scissum est medium. Et clamans uoce magna ihs ait: Pr in manus tuas comendo spiritum meum. Et hec dicens expiraui. Videns autem centurio quod factum erat glorificauit dm dicens: Vere hic hõ iustus erat.